¶ Corroborantur supra dicta, quia sicuti dispositioni canonis vel legis requirentis, vt eligendus in Episcopũ sit de legitimo matrimonio natus (vt in.d.c.cum in cunctis) satisfactum est plene ex eo quod sit natus de matrimonio putatiuo, secundum Abb. in.c. ex tenore qui filij sint leg. Alueri. Bal.& Salice. in.l.qui contra.C. de inces.nupt. & cõmunem resol. dd.in.d.c.innotuit de electione ita & eodem modo, dispositioni testatoris vtentis illis verbis (de legitimo matrimonio) satisfactum debet censeri, ex nato de putatiuo matrimonio, cum dispositio testatoris censeatur lex, & appari procedant.§.dispenat. in aut.de nupt.coll.2. l.fi.C.de rebus alien. non alien. Alex.cons.20. col.3. lib.1. & à verbis legis ad verba testatoris, sit bonum argumentum.l.si ita fuerit. §.quæstio. vbi Bart. ff. de manu.testa. tex.in.l.cum quidam.vbi Ias.C.de ver.signi. Bart. in.l.si quis legauerit.2.ff.de leg.1.tex.in.l.qui filium.§.sabinus.vbi Bart. & Imol. ff.ad Trebel. l.1.C.cõmu.de leg.l.fi.C.de fidei com. Anchar.cons.120. in fi. Immò in dispositione legis durior interpretatio fit, quam in dispositione hominis. glo.fi. in.l.ex facto.§.si quis rogatus.1.ff.ad Trebellia. vbi conditio intellecta à lege, si decesserit sine filijs (de qua in.l.cum abus.ff.de cond.& demonstra.& in.l.cum acutissimi.C. de fidei com.) intelligitur de legitimis & naturalibus, vt in.l.generaliter.§.cum autem.C.de institut. & substi. & tamen talis conditio expressa à testatore, verificatur in filio naturali, vt excludatur substitutus, vt in. d.§. si quis rogatus, vbi not. Imol. & Alex. & alij. Bal. Ange. Salice.& Paul.in.d.§. cum autem. Idem Bal.& Paul.in.d.l.cum acutissimi.resol.cõmunem Deci. cons.412. col.2.vol.3. latè Tiraquel. in.l. si vnquam.C.de reuo can. dona. versic. Susceperit liberos. num. 56. & Ema. Costa.in.c. si pater de testam. in.6. 1.par. versi. Si absque liberis à num. 40. & Gre. Lupus ver. Dexasse. in.l.10. ti.4. part.6. Si ergo durior interpretatio fit in dispositione legis quam hominis, & dispositioni legis

Voluntas testatoris talis censetur, qualis esse debet de iure.

In statutis, natus de putatiuo matrimonio dicitur natus de legitimo matrimonio.

gis ſeu canonis,poſtulantis in Epiſcopum natũ ex legitimo matrimonio,ſatis fit cũ legitimè nato ex matrimonio putatiuo, propter bonam fidem parentũ, quanta maiori cum ratione diſpoſitioni teſtatoris,vocantis ad ſucceſsionẽ maioratus natũ de legitimo matrimonio, ſatisfactum debet cenſeri cum legitime nato de matrimonio putatiuo: Profectò indubitatũ eſt, quia voluntas teſtatoris talis cenſetur,qualis eſſe debet de iure,vt not.Bal.in.l.1.per tex.ibi C.de ſacro.eccle. Curti.Seni. conſ. 44. num.8. & diſponens ſemper videtur conformare ſe, cum iuris diſpoſitione. l. ſi quando in principio.C. de inoffi.teſta. not. Bart.& Rip. in.l. hæredes mei. §. cum ita.ff.ad Trebel. Bal.in.l.ſi duo.ff. de acqui.hęred.& intentio diſponentis talis in dubio iudicanda eſt, qualis eſt lex ſcripta. Bal. in.c.1. vbi & apud quem controu. feud.& in.l.ex facto.ff.de vulga. & in.c.licet de offi. ordin. Deci. conſi.64.nu.7. lib.1.& talis interpretatio ſequenda eſt omnino, & in omni caſu per iudices. Bal. in c.1.de alien.iudi. Grat.conſi.10. nu.18. lib.1. reſol. cõmunẽ Altiat. lib.1.de ver.ſigni. nu.25. faciunt & tradita à Soci.conſi.208.nu.4. lib.2. Alex.conſ.55. col.1. lib.4. & conſ.2.col.4. lib.1. & ab Altiat. in tract. præſump. reg.3. præſump.32.vnde dicit Areti.col.9. in.d. l.ex facto de vulga. ꝙ diſpoſitio hominis,ita extẽditur ſicuti diſpoſitio legis,& in.l.Gallus.§.ſi eius fi. col. in prin. dicit, ꝙ fundamentum dicentium (facilius extenditur diſpoſitio legis quã hominis) non eſt tutum,per tex.expreſſ.in.l.Deo nobis.C.de Epiſcopis & cleri. vnde teſtator in dubio ſemper pręſumitur,velle diſponere, prout ius diſponit Bal. in.l.2. in fin. C. de contraditio. in ſert. & in.l. precibus.2.col.C. de impub. & alijs ſubſt. Paul. in.l.fin.C. de verbor. ſignifi.

Voluntas teſtatoris talis cenſetur, qualis eſſe debet de iure.

¶ Confirmantur quæ dicta ſunt,nam ſicuti iſta verba (de legitimo matrimonio natus) poſita in ſtatuto verificantur in nato de putatiuo matrimonio, cum ſtatuta recipiant interpretationes, quas iura recipiunt.c. cum dilectus.c.ad audientiam, & vtrobiquè not. Abb.& cõmunis de cleri. non reſi. not.glo. confundantur in.l.fin. §.in cõputatione.C.de iure. delibe. vbi Bal.nu.17. tradit latè Tiraquel. de vtroq; retract. tit.1. §.1. glo.10.num.80. Balaſ. de iure emphy. quæſt.7. nu.28. Menoch.remed.4. adiſpiſce à nu.226. Ita & eodem modo talia verba (de legitimo matrimonio) poſita in teſtamentis,ſeu vltimis voluntatibus, intelliguntur & verificantur in nato de putatiuo matrimonio,cum de ſtatuto,ad teſtamentum va

leat

leat argumentum. Ang. conſ.230. Anchar.cõnſ.100. ¶Quæ argumentationes eo fortius procedunt,quia cum ſpiritu alia digniora ſint temporalibus. c. inter corporialia de tranſlatio. Epiſ. c. ſolite. de maiori: & obedien.& maior idoneitas,& prouidentia in ſpiritualibus,quam temporalibus requiratur,profectò legitimus ad ſpiritualia,multò fortius,ad temporalia legitimus cenſeri debet.tex. eſt expreſſus in.c.per venerabilem qui filij ſint leg. ibi: *Illos legitimans ad actus ſpirituales,vt poſsint in Epiſcopos promoueri,veriſimilius creditur, & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat ſeculares.* & ibi: *Quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur et in minori.* Probat & idem met tex. ibi: *videretur ſi quidem monſtruoſum, vt qui legitimus ad ſpirituales fieret actiones, circa ſeculares actus illegitimus remaneret.* & ibi not. Abb. Pręposi. & omnes.dd.communiter & probatur argumento à maioritate rationis. aut. multò magis.C.de ſacro.eccle. Clemen.1.de reliquijs & venerat. ſanct. c. ex parte.3.de decim. glo. maior in.d.c.per venerabilem, quę ratio eo maximè in eligendo in Epiſcopum militat, cum ordo Epiſcopatus ſit maior,& pręcipuus totius eccleſiæ. glo.Epiſcopus in prohœmio.6. Felin. in.c. cum non liceat. col. 3. de præſcrip. Iaſ. in.l.Imperium.ff.de iuriſ. omn. iudi. & dicitur dignitatum culmen. glo. c.2. de pręben. in.6. And. Sicul. in. c.niſi. col.9. de offi. legat.& in c.quanto. col.3. de conſuetud.& habet curam animarum, totius diocesis, & eſt ſuperior in exercẽdis omnibus ſpiritualibus. c. cum venerabilis de religio. dom.c.omnes Baſilicæ.16.quęſt.7.c.placuit 11. quæſt.1. c. cum olim,vbi Abb. not.3. de præſcript. vnde qui legitimus eſt ad Epiſcopatum obtinendum, facilius legitimus iudicabitur ad ſuccedendum in maioritatibus: & in proprijs noſtris terminis,quod natus ſub figura matrimonij, facilius habilitetur, & cenſeatur legitimus ad ſuccedendum in temporalibus, quam ad ordines,& in ſpiritualibus. probat tex. expreſ. in.c.literas de filijs presbite. vbi Abb. aduertit ponderando verba tex. ibi: *In ſacerdotio genitus de vxore legitima natus & conceptus.* Patet igitur quod cum vera legitimitas & per naturam, à matrimonio deſcendat.c. tanta.c.per venerabilem qui filij ſint legit. l.ſeptimo.l.cum legitimè. ff. de ſtatu. homi. et iure canonico ſit inducta, cum ad ius canonicum pertineat ſuper matrimonio diſponere. c.1. cap. gemma de ſponſa. cum alijs, et quod difficilius concedatur ad ſacros ordines, quam ad ſuccedendum in temporalibus.d. c. per venera

Legitimus ad ſpiritualia à fortiori dicitur legitimus ad temporalia.

nerabilem.& d.c.literas quod si iuribus requirentibus, quod eligendus in Episcopum sit de legitimo matrimonio natus, vbi tantus ordo, tanta dignitas interuenit, vbi tanta qualitas, tanta morum honestas, & scientia requiritur. vt in dicto. c. cum incunctis. de electionib. satisfit in nato de matrimonio putatiuo. vt probat textu. vbi communis rosol. in dicto. c. innotuit. eo titu. de electio. Profecto multo fortiús & absq; dubio, testamento requirenti quod succedere debens in maieratu & statu, sit natus de legimo matrimonio, debet censeri satisfactum, si adsit natus de matrimonio putatiuo, maximè cum hic non agatur de præiuditio tertij, sed de includendo positum in primo gradu, contra positum in vlteriori, (in quo larga debet fieri interpretatio. iuxta communem resolutioně Bar. & .dd. in. l. 1. ff. de vulga. de qua infra latius agetur) & in casu dicti. c. cum incunctis agatur de pręiuditio reipublicę, cum ipsius intersit. eo quod Episcopus curam Episcopatus & animarum habet, quod eligendus habeat qualitates à iure requisitas. l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. c. ius publicum. 1. distin. tradunt. dd. in. l. 1. ff. soluto matrimo. Y ansi pues nuestro Conde, siguiendo el camino Ecclesiastico, era capaz y pudiera ser Obispo: no ay razon, ni se puede imaginar en todo el derecho, para excluyrle, porque no pueda ser Conde de Puño en Rostro.

Natus de matrimonio putatiuo, potest eligi in Episcopum.

¶ Præterea in confirmationem supra dictorum, & quod noster Comes dicatur legitimè natus à natura & non per accidens, & quod tale matrimonium putatiuum sit legitimum, & natus ex eo dicatur natus de legitimo matrimonio. not. sing. Bal. in. §. naturales. in. 3. col. versi. Pone quod non tenet matrimonium si de feudo fuerit controuersia inter dominū & agnatum. & Ias. in consi. 156. 1. col. & consi. 168. 4. col. vol. 4. not. Ant. de But. & Abb. in. c. tanta qui filij sint legi. 3. col. vbi Abb. ponit verba satis expressa in nostro proposito quæ sic se habent: *Quidam sunt filij legitimi & naturales, vt sunt nati ex legitimo matrimonio vero vel putatiuo, & dicuntur naturales, quia secundum naturam sunt geniti, & dicuntur legitimi, quia coniunctio parentum est approbata à lege, isti succedunt parentibus ab intestato, vnde omnibus exclusis ipsi præferuntur: &c.* Ecce qualiter vocat matrimonium legitimum siue sit putatiuum siue verum. idem tenet & eadem formalia verba profert Pręposi. in. c. tanta qui filij sint leg. col. pen. quasi ad fi. versi. Quidā sunt filij. vbi Abb.

Natus de putatiuo matrimonio dicitur natus legimus à natura.

R. c. 1.

etiam notat & Cardina.in Clement.1.q.2.de consangui.& affinit. Domi.de Sancto Gemi.in cons.27.Philip.Deci.consi.153.vol.3.tradunt Ioan.Andr.Anto.de Butrio.10.col.versi. Videamus quomodo.Papa.in.d.c.tanta.idem Præposi.in.c.peruenerabilem.§. quod autem.col.4.eo tit.qui filij sint legi. vbi dicit, quòd filij dicuntur de legitimis matrimonijs nati, siue matrimonium sit verum, siue putatiuum.tenet & Din.tract.de successio.ab intesta.2. col.in princip.Nicol.de Vbal.eo tract.4. col. versi.1.Igitur species.Gofred.in sum.tit.qui filij sint legi.in princip. & in.2. col. Hostien. etiam in sum.eo tit.§.1.&.2.tradit Vero.consil. 166.vol.2.Buisat.consil.98. nu.18.Ex quorum dictis satis constat, quod matrimonium putatiuum quo ad hunc effectum sit legitimum,& quod ideo exopinato vel putatiuo matrimonio inducitur legitimitas,quia Papa legitimando prolem dispensat in radice matrimonij, cum enim ius legitimitatis oriatur ex radice matrimonij,vt in toto ti.qui filij sint legitim.l.filium.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur. in.l.lex nature. ff.de statu.homi.&.d.matrimonio nullo&inualido,impossibile videatur quod legitimitas producatur, cum ex non ente non possit ens produci.iuxta Philosophorum doctrinam,tamen quando Papa propter bonam fidem parentum ex matrimonio nullo & inualide prolem legitimat,per prius validum & legitimum matrimonium facit,quo ad hunc effectum legitimitatis, dispensando in radice matrimonij,nam cum prolem ex putatiuo matrimonio facit legitimam à natiuitate, sequitur necessariò quod matrimonium per prius est effectum legitimum,quo ad hunc effectum,dispensando per prius in radice matrimonij,cum aliâs proles legitima ex illegitimo matrimonio nasci non possit, & sic facit matrimonium quo ad hunc effectum legitimitatis legitimum,ad equando in omnibus&per omnia,putatiuum matrimonium vero&legitimo matrimonio.vt probat expre.tex.in. d.c.perlatum. ibi: *Legitimo iudicetis eos hac occasione ab hæreditate non patientes excludi*.tex.etiam in d.c.quod nobis ibi: *Eos legitimos iudicetis filios & hæredes*.tex.etiam expre.in.d.c.extenore.ibi: *Memoratum.R. legitimum reputantes.* eo titu.qui filij sint leg.tex.in.c.fi.§.1.de cland.despon.& quádo vnus casus est alio omnino adæquatus,dispositú in vno & in casu alio equiparato censetur dispositum.l. Princeps.ff.de legi. l.1. delegat.1. vbi Ias.& alij notant.& in.l.si is qui pro emptore.ff.de vsu capion.

Ius canonicum legitimando prolē ex putatiuo matrimonio susceptam, dispensat prius in radice matrimonij.

à nu.

à num.291. Roman.consi.383.col.2.& in materia penali probat Clemen.1.de offi.vicar. Iaſ. in authen. quas actiones. C. de sacro Eccleſi. tradunt.dd.in.l. Galus in princip.ff.de lib.& posth. Vnde manifeſtè patet, quod mens & verba fundatoris nostri maioratus, circa matrimonium verum & legitimum, præceſsiſſe & formaliter adimplentur & verificantur in ſpecie, quo ad huic actum legitimitatis, in putatiuo matrimonio, quod & legitimum dicitur, & diſpoſitum in vero matrimonio, cenſetur & diſpoſitum in putatiuo quoad huic actum legitimitatis filiorum: Quæ quidem argumentatio profecto ſi bene conſideretur, maximè vrget pro noſtra intentione, nam & ſi matrimonium verum & putatiuum (dato quod equiparentur in multis) differant. vt præſupponunt.dd.in.d. c.extenore.& in.d.c.quod nobis.vbi Præpoſi.1.&.2.col.tradit & dato diſsimilli corruat argumentatio.l.non poſſunt.ff. de leg. c.nuptiarum.27.quæ.1. Tamen ſupplico aduertant Dominationes Veſtræ, quod nos non equiparamus in omnibus & per omnia, matrimonium putatiuum vero matrimonio, non enim ignoramus quando quę dari differētias (quibus caſibus procedunt omnia quæ contra noſtram intentionem tradit Curti. Iun. in conſi. 64.& colliguntur ex Bart. & Iaſ.num.17. in.l. Barbarius. ff. de offi.prętor.) ſed iterum ſupplico aduertant Dominationes veſtrę, quod facimus equiparationem, inter natum de putatiuo matrimonio, & natum de vero matrimonio, inter quos nulla prorſus diſsimillitudo reperitur, ſed omnimoda conſonantia & adequatio, & vterq; dicitur natus de legitimo matrimonio, & habilis tam vnuſquàm alter ad ſuccedendum in bonis hęreditarijs in feudo, fideicommiſſo, & in maioratu, & tunc intrat regula quod deſsimillitudo in alijs quam equiparatis, non nocet.gloſ.vbi Ioan. Andr. & Gemini. in.c.non poteſt.de præb.in. 6. not. Abb. in.c. quemadmodum de iur.iur.idem Abb.vbi Deci.col.3.in.c.tranſlato de conſti.

Natus de putatiuo matrimonio in omnibus & per omnia equiparatur nato de vero matrimonio.

¶ Conducunt & ad ſupra dicta, quia licet quando ex poſt facto apparet impedimētū alicuius matrimonij, declaretur & ab initio inualidū. vt not.dd.in.d.c.extenore.tamē interim & dū verū & ualidū reputabatur matrimoniū, dicebāt matrimoniū legitimū, vnde eo tēpore nati ex eo, dicūtur nati de legitimo mr̄o, & ius legitimitatis dicitur quæſitū ſic natis, pēdēte illa poſſeſsione & opinione, vnde & ſi poſtmodū impedimentū detegatur, nō poteſt ab eis auferri ius illud legitimitatis iam quęſitum. iuxta communem reſol.dd.

Ius legitimitatis quæſitum ex quaſi poſſeſsione matrimonij, non tollitur, & ſi poſtmodū detegatur impedimentum matrimonij.

in.d.c.extenore.per tex.ibi,& in.l. id quod nostrum de reg. iur. facit singula.tex. in.l.fi.ff.vnde lib. ibi. *Si statutum suum mutauit, nihil obesse ei, quo minus id quod iam acquisiuit retineat*: tradit notab. Geminian.d.consi.27.dub.1.in.fin.cum ergo noster Comes, fuerit cóceptus & natus durante illa quasi possessione, & bona fide parentũ, & de matrimonio illo putatiuo, per legem, seu ius canonicum illo tempore approbato, vel saltim nõ improbato, dicitur natus de legitimo matrimonio, cum palàm & bona fide in facie Ecclesiæ fuerit celebratum. argumen.l.legitima.ff.de pact. cum simil. declarat Alex.consi.2.lib.1.nu.1.25.&.29.

Sing.d. Socin.

¶ Facit etiàm, quod in fortioribus terminis dicit Socin. consil. 13.nu.22.lib.3.quod si fideicommissum iniungatur per hęc verba, (si decesserit sine filijs legitimis & de legitimo matrimonio natis) euanescit si nascatur filius bastardus, & sit legitimatus per hęc verba, ac si de legitimo matrimonio natus & conceptus fuisset. argum. l.1.§.lex falcidia. ff.ad leg.falci.& not. in.l.1.ff.de leg.1. Attamen supra dicta legitimatio (vt manifestè patet) est ficta & per accidẽs, scilicet gratia Principis, at verò legitimitas nostra quę à matrimonio putatiuo procedit, dicitur vera & naturalis, & omnino similis ei quæ procedit à legitimo & vero matrimonio, vt est tex in.d.c. extenore.& in.d.c.quod nobis qui filij sint legiti. necessariò ergo dicẽdum est, quod noster Comes omnino legitimus, & de legitimo matrimonio natus debeat reputari, & capax ad succedendum in isto Comitatu, quia tantam vim habet matrimonium putatiuum, quátum habet matrimonium verum, & appari procedunt quoad omnia, ita singula. Abb.in.c.veniens.2. de sposa. notab.5. & disposita in matrimonio vero disponũtur in putatiuo, nam quemadmodũ in matrimonio vero vxor accusatur de adulterio, & propter eũ perdit dotem, ita & vxor putatiua in matrimonio putatiuo. vt in. l. si vxor.ff.de adul.& in.l.81. Tauri.& sicut in matrimonio vero lucra quesita communicantur inter coniuges, ita in matrimonio putatiuo.vt est glos.notab.in.c.2.de donat.inter vir.vbi Abb. Præposi. & Anto.not.l.4.tit.6.lib.3.fori. Item sicut per matrimonium verum contrahitur vigamia, sic per matrimonium putatiuum.c.nuper de vigam.& sicut in matrimonio vero contrahitur publica honestas, ita in mr̃o putatiuo.c.spõsal.in frates desponsa.c.literas.c.accessit. de desp.imp. itè maritus putatiuus habet pręuilegiũ.l.maritũ.ff.so lu.matrimonio, quemadmodum verus maritus, ne conueniatur

Plura atributa putatiuo, sicut vero matrimonio.

vltra

vltra quam facere poteſt ita vterq; Cardinal.in.c.1.de donati.inter vir.& vxor.latè reſol.(ſex fundamentis deffendendo iſtam opinionem contra alios)Marian. Socin.in rubr. ff.ſoluto matrimonio in vltimo caſu quem conſiderat circa tertium tempus.Et ſicut filij ex matrimonio vero ad dignitates &ordines Eccleſiaſticos admittuntur, ſic& filij ex matrimonio putatiuo.vt not.dd.in.d.c.cum in cũtis.& in.d.c.innotuit de ellectio.& in.d.c.tanta.& in.d.c.extenore vbi gloſ.& Abb.qui filij ſint leg.probat.l.1.&.2.tit.13. par.4.Prętерea,priuilegia conceſſa matrimonio vero, conceduntur& putatiuo,& ſicutvxor vera habet tacitam hypothecá pro dote,ita & vxor putatiua.gloſ.fin.vbi.dd.in.l.fin.C.qui potio. in pig. hab. & habet præuilegium ante lationis.iuxta gloſ.in.l.ſi cum dotem.§. fin.ff.ſolu.matri.& in.l.2.§.fin. ff. de præuil. credito. & ſicut dos vera non poteſt alienari,ita neq; dos putatiua. gloſ. in. l. dotale prędium. §. dotale.ff. de fund.dota.& ſicut res empta ex pecunia dotis veræ efficitor dotalis,ſic ex pecunia dotis putatiuę. vt in. l. ſi cum dotem. §.ſi.cum.l. ſeque.ff.ſolu.matrimonio.&in multis alijs conueniũt, de quo latiús eſt videre per.dd.in.l.ſi cum dotem.§.ſi mulier. ff.ſolu.matrimo.latiſsimè per Andr. Tiraq.poſt.l.conuuia. gloſ. 8. nu. 235.cum plur.ſequen.

¶Nequè his refragatur, quod vt ſupra dicebamus in aliquibus differunt matrimonia putatiua à veris, & dato diſsimilli corruat argumentatio.vt in.l.non poſſunt.ff.de legib.c.nuptiarum.27.q.1. Nam reſp.quod prætenſæ differentię non conſiſtunt in eſſentialibus,propter dolum viri aut mulieris.ita Paul.indicto.§. ſi mulier. ¶ Secundò reſpo. q; & ſi aliqua tributa ſint conceſſa matrimonio vero,quæ non competant putatiuo,vt not.per.dd.in.d.§. ſi mulier & in.d.c.1.de donat.inter vir.tamen in propoſito noſtro,non equiparamus ſimpliciter matrimonium verum & putatiuum,ſed tantum quoad effectum legitimitatis inducendę, in quo omnimoda datur equiparatio,quod ſufficit iuxta communem doctriná Abb. & Decij.col.3.in.d.c.tranſlato de conſtitu.gloſ.&. dd.in.c.non poteſt.de præben.in.6.¶Tertiò reſpondetur,quod hic non fit equiparatio inter verum matrimonium & putatiuum, ſed inter filium natum de vero & legitimo matrimonio,& natum de legitimo & putatiuo matrimonio,in quibus nullu differentia reperitur, ſed omnimoda ſimilitudo, vt conſtat ex his quæ ſupra dicebamùs in vera & præcipua radice & fundamento deciſsionis huius quæſtio

Reſp. á cierta obiection.

 nis,

nis, cui semper adherendum est. ¶ Quartó respo. quod omnia quæ ex contrario possunt adduci, procedunt respectu eorum quæ contingunt postquam constitit de impedimento matrimonij, & postquam est facta coniugum separatio, tunc enim preuilegia quæ veris maritibus solent competere, etiam separato matrimonio, non competunt maritis putatiuis, at verò in casu nostro agimus de his quę contingunt dum legitimum matrimonium reputabatur, & sic anteaquam detegeretur impedimentum, ettenim Comes noster illo tempore & genitus & natus fuit, & sic dicitur natus de legitimo matrimonio, & habilis & capax ad succedédum in isto Comitatu, cum tunc temporis à iugalibus, & ab alijs, matrimonium publicè reputaretur legitimum.

Comprueba ser el Conde legitimo, y de legitimo matrimonio, por ll. de partida y doctrinas.

¶ Confirmantur omnia supra dicta, & de iure nostro Regio, ex l. 1. & 2. tit. 13. part. 4. cuius verba referimus. *Honra con gran pro viene à los hijos en ser legitimos, ca han por ende las honras de sus padres, y otro si pueden recuir dignidad, y orden sacra de la iglesia, y las otras honras seglares, y aun heredan à sus padres, y à sus aluelos, y à los otros sus parientes.* Et melius faciunt verba dictę. l. 1. ibi: *E aquellos deben ser llamados legitimos, que nacen de padre y de madre, que son casados verdaderamente, segun manda sancta iglesia, è aun si acaesciere que entre algunos de los que se casan manifiestamente en faz de la iglesia, ouiesse tal embargo, porque el casamiento se deue partir, los hijos que fiziessen antes que supiessen que auia entre ellos tal embargo, serian legitimos: &c.* Quæ verba notabilissima sunt in nostro proposito, & ex eis fit indubitata nostra prætensio. ad idem est videnda. l. 2. & 3. tit. 3. part. 4. & l. 2. tit. 15. ea par. & Couarr. in. 4. de sponsa. 2. par. c. 8. §. 1. à nu. 7. & l. 12. Tauri. quę in omnibus & per omnia equiparat quoad successionem filios natos ex matrimonio vero, vel putatiuo, satis ergo dictis iuribus constat, quod sicut filius natus ex vero matrimonio est hęres legitimus ascendentibus, ita filius natus ex matrimonio putatiuo in facie Ecclesiæ bona fide contracto, est legitimus hæres non solum parentibus, sed alijs ascendentibus. vt in dicta. l. 2. tit. 13. par. 4. Igitur cum filius ex matrimonio putatiuo admittatur & concurrat in succesione ascendentium, & aliorum, cum filio ex matrimonio vero, neque ab isto à dicta successione excludatur, quinimò habet parem potentiam, & ius in succedendo. vt in dicta. l. 12. Tauri. & iuribus supra citatis, ergo rediculum est existimare ab agnato transuersali

in

in ſucceſsione preferri, & à remotiori gradu excludi: contra regulam qui potior eſt in gradu, potior eſt in ſucceſsione. vt in authen. poſt fratres. C. de leg. hæredi. & in. l. poſt conſanguineos. §. proximum. ff. de ſuis & legiti. hære. Maximè cum in ſucceſsione cuiuſcumquè aſcendentis, pręferantur ſemper deſcendentes lineę rectæ, quibuſcumquè agnatis, & alijs tranſuerſalibus excluſis. vt in authen. ceſſante. C. de legiti. hære. & ibi. dd. & in. l. 3. tit. 1. par. 6. & in l. 6. Tauri. Y anſi coſa monſtruoſa in iure ſeria penſar, que el dicho Pedro Arias pueda excluyr de los bienes y mayorazgo del Conde D. Ioan Arias, à don Ioan, nieto legitimo del dicho Conde, ſiendo el dicho Pedro Arias tranſuerſal, y muy remoto.

¶ Præterea, vt nihil intactum relinquam, nequè ſit locus obiectionibus, dico, quod Comes noſter & ſi ſit natus ex matrimonio putatiuo, nihilominus adhuc ſit habilis & capax ad ſuccedendum in iſto ſtatu: quia prouiſio facta à teſtatore per viam diſpoſitionis, in vno caſu, comprehendit alium ommiſſum omnino ſimilem, & eundem effectum habentem. tex. eſt in. l. Gallus. §. & quid ſi tantū, ff. de lib. & poſthu. vbi Bar. Paul, Imol. Alex. Iaſ. Aretin. Socin. Coſta. & Sarmien. & alij indifferenter probant. & in. l. fin. ff. manda. per tex. ibi, not. dd. in. l. 3. per tex. ibi. C. de inſtitu. & ſubſtitut. Sal. in. l. fi. C. de poſth. hęre. inſtit. vterꝙ Imol. in. l. 1. §. lex. falcid. ff. ad leg. falcid. teſtamenta enim & diſpoſitiones teſtantium, facillimè extenduntur & declarantur, ex pręſumpta mente teſtantium. tex. in. l. iam hoc iure. ff. vulga. dd. in. l. 1. ff. eo. & in. l. precibus. C. de im puue. per tex. ibi: & in. l. cum pater. §. dulciſsimis de leg. 2. tex. in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebelian. vulga. tex. in. l. tale pactū. §. fin. vbi gloſ. & dd. not. ff. de pact. tradit latè Curti. Seni. conſi. 43. & conſi. 44. Molin. 1. de primo genitu. Hiſpan. c. 5. à num. 7. licet igitur in caſu noſtro fundatur maioratus, expreſſerit caſum quod ſuccedere debens eſſet de legitimo matrimonio natus, quia tamē natus de matrimonio putatiuo eſt verè legitimus, & à natura legitimus, ſicut natus ex vero matrimonio. & quantum ad legitimitatem filiorum, eundem omnino effectum habeat putatiuum matrimonium, quem verum & legitimum habet. vt eſt tex. expręſſus in dicto. c. ex tenore. & in dicto. c. quod nouis. vbi. dd. ſignanter Præpoſi. col. 3. & Anto. Roſel. tracta. de legiti. c. 2. de legi. per

Prouiſsio teſtatoris facta in vno caſu comprehendit caſum ommiſſum omnino ſimilem eundem effectum habentem.

ma-

matrimonium puta. in fin. Ergo prouisio in casu, quo descendens sit de legitimo matrimonio natus, comprehendit illi omnino similem casum,& eundem effectum habentem,scilicet,quando descendens est natus de matrimonio putatiuo. Et supplico aduertat Dominatio vestra,quod ista est radix, & fundamentum ex quibus ista quęstio deciditur:quæ omnia absquè dubio procedunt, quando ex testamento colligitur quod testator effectum, & non modum implendi considerauit. vt tenet Paul.in.d.l.3.&est de mente Bart.& omnium Scriuentium.in.d.§.& quid si tantum.vt per Socin.ibi.2.col.at verò in casu nostro clarissimè patet, quod testator tantum considerauit effectum, puta legitimitatem à natura, ex quo possuit illa verba (de legitimo matrimonio) quia legitimitas à natura, tantum à matrimonio producitur.l.filium. ff.de his qui sunt sui vel alie.l. cum legitimè.l.septimo.ff.de stat.hom. & supra iam dictum est. Ergo cum ista legitimitas à natura, etiam oriatur à putatiuo matrimonio (vt supra satis etiam probatum est) satisfactum videtur illis verbis de legitimo matrimonio natus,ex nato de putatiuo, vt sic effectum quem testator considerauit,& nõ modum implendi, nos etiam attendamus.

Resp. cuidam obiectioni.

¶Nequè obstat si ex aduerso dicatur,quod Bar.& commun. dd. loquitur,quando testator prouidet per modum dispositionis,at verò in nostro casu prouidit per modum conditionis, & quod conditio debet impleri in forma specifica.l.qui hæred. l. meuius. ff. de cond.& demonstra. & sic quod cõditio illa testatoris de mro legitimo, non potest adimpleri in matrimonio putatiuo. Nam his respon.multipliciter.

¶Primò,quod illa verba nostri maioratus, quod descendens sit de legitimo matrimonio natus,non faciũt conditionem, sed sunt verba dispositiua, como parece llanamente de el principio de los llamamientos del mayorazgo,ibi: *Queremos que despues de los dias del dicho Pedrarias, venga el dicho mayorazgo con todo lo suso dicho, à el su fijo varon mayor legitimo natural, è de legitimo matrimonio nascido,&c.* Quæ verba satis constat non conditionalia esse, sed posita ad declarandam testatoris voluntatem, pro vt in simili casu declarat Christopha. de Castell. & Ias.in. l. fin. C. de posth. hære. instit. ¶ Secundó, quod etiam si testator disponat per viam conditionis, si casus ommissus est omnino similis expresso, & habens

bens eundem effectum (prout in specie nostra) tunc enim casus omissus comprehenditur sub expresso. tex. est clarus & singularis in d.l.3.C.de institutio. & substituti. vbi Bal. Ang. Salice. Paul. Alex. Aretin. Ias. & communiter omnes not. Bal.& Ang.num.27.in.d. §. & quid si tantum. ¶ Tertiò, quia posito sine veritatis præiuditio, quod dispositio nostra vt descendens debeat esse de legitimo matrimonio, sit conditionalis, tamen est conditio necessaria, quia testator solum videtur vocare ad successionem descendentes Petri Arias. argu.l.Lutius. & ibi.dd.ff.de hæredib. instituen. vnde ad hoc, quod filij & descendentes Petri Arias, possint succedere, erat sibi necesse, quod essent legitimi, & de legitimo matrimonio, aut. licet. C.de natural.lib. c. causamquè, & per totum, qui filij sint legitîm. quia illi dicuntur filij legitimi, quos veræ nuptiæ demonstrat. §. legitimi in authentico, quibus mod. nat. effici. sui. d.l. filium.d.l.septimo. &.d.l.cum legitime. &.l. lex naturæ.ff.de statu. homi. Cum igitur illa conditio (de legitimo matrimonio) esset conditio necessaria, potuit per equipolens adimpleri, & sic per matrimonium putatiuum. ita declarat Alex. consil. 2. columna 8. volumine.1. Bart.& omnes communiter in.d.§. & quid si tantum. & in.d.l.3.

Cõditio necessaria de legitimo matrimonio, potest adimpleri per equipolens, & sic per matrimonium putatiuum.

¶ Quartò, quia etiàm si fateamur esse conditioné voluntariam, ad huc potuit per equipolens adimpleri, cum ex. c. quipolenti casu, & sic ex matrimonio putatiuo idem resultet effectus, tex. expre. in.l.Deo nobis.§.1. C.de Episco. & cleri. vbi pactum appositum in euentũ mortis, adimpletur per ingressum religionis. not. ibi Cyn. Bal.& alij, bonus tex. in.l. in conditionibus.§. si patronus.ff.de cõdit. & demonst. vbi ista conditio (si hæres erit) verificatur in bonorum possessore, & tamen bonorum possessor non est hęres, sed loco hæredis. l. mercis. ff. de verb. signi. l. 2. ff. de bono. poss. tit. gene. tradit Bart. in.l. maritus. §. l. Iulie. ff. de adulte. celebris est etiàm tex. in.l.4. ff. de condi. & demonst. & in.l. is qui in potestate. §. fi. ff. de leg. pręstan. l.2. l. quamuis. C.de impube.l. mulier in princ.ff.ad Trebel.l. stichus qui hęridi.ff.de stat. liber. quę iura eo maximè vrgent pro nostra opinione, quia partim loquuntur in cõditione dádi, quę debet in forma specifica adimpleri, vt in.d.l. qui hęredi.ff.de cond.& demõst.& tamé si conditio adjiciatur hęredi, impletur in bonorum possessore. Ergo conditio & si sit voluntaria,

Conditio voluntaria etiam censetur adimpleta in casu equipolenti, quando idem resultat effectus, & sic in matrimonio putatiuo.

potest adimpleri per equipolens. ita Aretin. & Ias. 5. col. in.d.§. & quid si tantum. not. Bart. Bald. & Ang. in.l.cum pater. §. hæreditatem de leg.2.dicentes, quod si alicui sit iniunctum fideicómissum, si decesserit sine liberis, conditio censetur verificata si grauatus ingrediatur religionem mendicantium. tenet Ang. & Paul. in. l. ex facto.§. si quis rogatus.ff. ad Trebell. Pau. in.l. intercidit.ff.de cód. & demonst. Alex. consi.13. col.1.volu.3. resol. communem Socin. consil.92. vol.1. 1. &.2.colum. ea ratione fundamentali, quia per ingressum religionis mendicátium, inducitur mors ciuilis, ex qua in hoc casu resultat idem effectus qui ex morte naturali, ergo & eodem modo in nostro proposito, dispositio illa de legitimo matrimonio, etiam si sit conditio voluntaria, potuit adimpleri per equipolens, & per natum de matrimonio putatiuo, cum resultet idem effectus, resoluit latè post Deci. Mencha. de succes. creati.§. 20. à nu.129. vbi infinita iura adducit pro ista parte, & respondit argum. contra. ¶ Quintò, quia conditio voluntaria quando non est in potestate honorati, sed pédet à viribus fortunæ, prout est ista quod succedere debens sit de legitimo matrimonio natus, sufficit quod ad impleatur per equipolens, secúdum Areti. in.d.§. & quid si tantum.6.col. in medio. ¶ Sextò, conditio voluntaria debet impleri in forma specifica, si potest eo modo quo testator voluit adimpleri, aliás sufficit, quod per casum equipolentem purificetur. l.1. ff. de vsu fruct. Bart. in.l.1.vlti. col. ff.de cond. institu. Areti. & Ias. in.d.§. & quid si tantum. 6. col. versic. Limita.2. ¶ Septimò, quia in præiudicium substituti, vt substitutus excludatur, conditio potest adimpleri per equipolens. Bart. in.l.1.col.pen.ff.de vulg. communiter receptus, secundum Socin. ibi in repetitione col.73. &.74. sicuti ad admittendum substitutum (vt contrariorum eadem sit disciplina) sufficit quod conditio adimpleatur per equipolens. vt tradit Aretin. Bart. Ias. num. 66. & Socin. supradicta.l.1. & est tex. expres. in.d. §. & quid si tantum. Cum ergo aduersarij nostri Comitis nullum ius prætendere posint in successione ista, nisi ex capite substitutionis, in tertio, quarto, vel sexto gradu, & noster Comes vocetur ad hanc successionem iure substitutionis, ex secundo gradu, vt constat ex serie dicti maioratus, vt in.l.1. ff. de vulga. not. glos. & communis in rub. eodem titulo. tex. in principio institut. eo. dd. in. c. Rainuntius de testament.

Ad substitutū excludendum cōtraditio censetur ad impleta per equipolens, & sic per matrimonium putatiuum.

l.vni.

l.vni. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tollen. consequens est, vt conditio illa voluntaria (de legitimo matrimonio) possit adimpleri per equipolens, scilicet, per matrimonium putatiuum, cũ & dicatur legitimum. d.c. quod nobis. d.c. ex tenore qui filij sint legiti. Et ita in expressis & nostris proprijs terminis, quod filius ex putatiuo matrimonio natus, sit habilis ad excludendum substitutum, probat casus clarus. *in.l.Lutius. §.fi. deleg.2.* iuncta communi dd. intelligentia. in.l.ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellian. dum illum tex. intelligunt de eo qui est conceptus in figura matrimonij, tradit latè Deci. in.c. in præsentia. num.31. de probatio. Dinus consi.6. in fi. Roland. à Valle consi.94. lib.3. conducunt no. à Bursat. consi.18. à nu.3. vbi ex cõmuniori opinione cõcludit etiã legitimatũ per rescriptum excludere substitutum.

Natus ex matrimonio putatiuo excludit substitutũ.

¶ Rursus quod noster Comes vt filius natus ex matrimonio putatiuo sit successor legitimus ascendentium, non solum in bonis allodialibus & liberis, sed etiam in omnibus alijs vinculatis & subiectis restitutioni, & sic in maioratu, & feudo, in quibus succedũt iure hæreditario. ita singulariter Ancharr. &. dd. in.c. licet de voto, & Oldral. in consil.94. plenissimè Alberi. in prohœmio. ff. vete. in.§. discipuli igitur. versi. Denuo. in ista materia defendit Cifuent. in.l.40. Taur. num. 16. Anton. Gom. ibi. num.72. Afflict. in consti. Regni Siciliæ. lib.3. rub.24. nu.75. Xuarez alleg.10. Carol. Moline. in consuet. Paris. lib.1.§.8. glo.3. nu.7. Tiraquel. de iure primogen. q.23. nu.5. & q.35. vbi latè disputat & finaliter residet in hac opinione, quod differatur maioratus iure hęreditario, defẽdit etiam D. D. Siman. de catholi. institutio. c. 9. à nu. 262. & lib. disceptatio. c.16. contra Ludouicum Molin. & hinc est quod sententia lata contra possessorem maioratus, præiudicat successori, ita omnes cõcludunt in eisdem locis, & sic videmus in regno quod defertur iure hæreditario, vt in.l. 18. tit.13. & in.l. 2. & in.l.4. tit.15. 2. par. sic in quocunquè maioratu, vt notat Ancharra. in. d.c. licet de voto. ¶ Nequè ad hoc obstat si dicatur, quod intelligatur in primogenitura, quæ est de iure diuino, quia maioratus ius primogenituræ appellatur, & in aliquibus partibus ius primogenituræ, & in alijs maioratus appellatur. Bald. in.l. cum antiquioribus. 4. colum. in fin. versi. Modo quæritur. C. de iure de lib. Pręposi. in.c. ius naturale. 1. distincti. in.3. colum. dicit, quod ius

Quòd in maioratu succeditur iure hereditario.

